ſpatio expectato. §. 3. Si tamen in [1] ſacro noſtro conſiſtorio lis exordium ceperit, etiam ſi non fuerit in eodem die completa, tamen perpetuari eam concedimus: cum iniquum ſit propter occupationes [2] florentiſſimi ordinis, quas circa noſtræ pietatis miniſteria habere noſcitur, cauſas hominum deperire. §. 4. Illud [3] etiam merito addendum huic legi cenſemus, ut ſi quis fatali die apud appellationis judicem introductus, ſive ex parte una [4] ſive cognitionaliter cauſæ appellationis imponat [5] exordium; deinde relicta ea diſcedat, & in deſidia reliquum tempus permaneat, & annale tempus poſt inchoatam litem præterierit; victore neque ſententiam ad effectum perducere valente, propter litem jam inchoatam, neque jam terminum accipere inveniente, cum appellatoris abſentia eam finiri non facile concedat: hujusmodi iniquitatem amputantes, cum adverſarius poteſt etiam minime præſente appellatore [6] litem exercere, quia hoc ſpeciale privilegium ejus eſt, qui appellationi examinandæ præſidet, poſſe & ex una parte cauſam dirimere: jubemus eundem appellatorem, niſi obſervaverit judicium, & cauſam usque ad finem peregerit, ſed & ſi per eum ſteterit, quo [7] minus omnia litis certamina impleantur, appellatione defraudari, & ſententiam contra eum latam in ſuo robore durare, & ad effectum perduci, tanquam ſi ab initio minime fuerit provocatum: niſi ipſe appellator evidentiſſimis probationibus [8] poſſit oſtendere, ſe quidem ſumma ope niſum, voluiſſe litem exercere; per [9] judicem autem ſtetiſſe, vel aliam inexorabilem cauſam ſubſecutam, propter quam hoc facere minime valuit. Tunc etenim aliud ei annale tempus indulgemus, quo effluente, & lite minime finem accipiente, cadere eum de appellatorio juvamine diſponimus: cum ei ſit aperiſſima facultas & noſtram adire majeſtatem, & tarditatem [10] judicis in querelam deducere, & noſtro beneficio perpotiri. §. 5. Cui conſentaneum eſt, ut & in ſententiis omnium ampliſſimorum Præfectorum prætorio [11] ex divino oraculo retractandis [12] eadem obſervatio, quæ ſupra dicta eſt, poſt ingreſſum unius, vel utriusque partis tam propter abſentiam perſonarum, quam propter ſtatuta tempora teneat.

§. 6. Sin autem partes inter ſe ſcriptura interveniente paciſcendum [13] eſſe crediderint, nemini parti licere ad provocationis auxilium pervenire, vel ullum fatale [14] obſervare: eorum pactionem firmam [15] eſſe cenſemus. Legum etenim auſteritatem in hoc caſu volumus pactis [16] litigantium mitigari. Dat. 15. Kal. Decembr. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. LXIV.

QUANDO PROVOCARE NON EST NECESSE [17].

De ſententia lata contra res judicatas, a quibus appellatum non eſt.

1. Imp. ALEXAND. A. Apollinari, & aliis.

LAtam [18] ſententiam dicitis, quam ideo vires non habere contenditis, quod [19] contra [20] res prius judicatas, a quibus provocatum non eſt, lata ſit. Cujus rei probationem ſi promptam habetis, etiam citra provocationis adminiculum, quod ita pronunciatum eſt, ſententiæ auctoritatem non obtinebit. PP. 8. Kal. April. ALEX. A. CONS. 223.

De ſententia lata contra jus conſtitutionis, vel contra jus litigatoris.

2. Idem A. Capitaneis.

SI cum inter te & aviam defuncti quæſtio de ſucceſſione eſſet, judex datus a Præſide provinciæ pronunciavit [21] *potuiſſe* [22] *defunctum etiam minorem quatuordecim annis teſtamentum facere, ac per hoc aviam potiorem eſſe*: ſententiam ejus contra tam manifeſti juris formam datam nullas habere vires palam eſt: & ideo in hac ſpecie nec provocationis auxilium neceſſarium fuit. Quod ſi, cum de ætate quæreretur, impleſſe defunctum [23] quartum decimum annum, & per hoc, *jure factum teſtamentum* pronunciavit, nec provocaſti, aut poſt appellationis impletam cauſam deſtitiſti: rem judicatam retractare non debes.

De Decurionatu, & Duumviratu.

3. Imp. GORDIANUS A. Ingenuo.

SI (ut proponis) ſuſpenſa apud Ampliſſimos judices cognitione provocationis, quam te ob id interpoſuiſſe dicis, quod Decurio [24] nominatus eſſes, ad Duumviratum vocatus es: manifeſtum eſt præjudicium futuræ [25] notioni memoratorum Judicum fieri non potuiſſe.

Si Magiſtratus dentur judices.

4. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. & VALER. C. Juliano.

CUm magiſtratus datos Judices, & [26] unum [27] ex his pronunciaſſe proponas: non videtur appellandi neceſſitas fuiſſe, cum ſententia jure non teneat.

De multis.

5. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS AAA. Domitiano.

CErta ratione & fine [28] multare Præſides poſſunt. Quod ſi aliter, & contra [29] legis ſtatutum modum provinciæ Præſes multam tribus irrogaverit: dubium non eſt, id quod contra [30] jus geſtum videtur, firmitatem non tenere, & ſine appellatione poſſe reſcindi. PP. Id. Januar. CARO & CARINO CONSS. 283.

De die ſententiæ.

6. Idem AAA. Germano.

CUm non [31] eo die, quo Præſes provinciæ præcepit, Judex ab eodem datus pronunciaverit, ſed ductis diebus alienione temporis ſententiam dediſſe proponatur: ne ambages fruſtra interpoſitæ provocationis ulterius negotium protrahant, Præſes provinciæ, ſuperſtitioſa appellatione ſubmota, ex integro inter vos cognoſcet.

De ſententiis venalibus.

7. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Nicagoræ.

VEnales [32] ſententias, quæ in mercedem a corruptis Judicibus [33] proferuntur, etiam citra interpoſitæ provocationis auxilium jampridem a divis Principibus infirmas eſſe decretum eſt.

De Decurionatu.

8. Idem AA. Conſtantino.

SI pater tuus, cum Decurio crearetur, non [34] conſenſit, & decimum quintum annum ætatis agis, aditus Præſes provinciæ, ſi inhabilem [35] te ad eundem Decurionatus honorem eſſe perſpexerit: quando hujusmodi ætati etiam prætermiſſa appellatione ſubveniatur, iniquam nominationem removebit.

De vacatione onerum, & munerum veteranis conceſſa.

9. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

VEteranis [36], qui in legione, vel vexillatione militantes, poſt viceſima [37] ſtipendia honeſtam, vel caufariam [38] miſſionem conſequuti ſunt; onerum, vel [39] munerum perſonalium vacationem conceſſimus. Hujusmodi autem indulgentiæ noſtræ tenore remunerantes fidam [40] devotionem militum noſtrorum, etiam provocandi neceſſitatem remiſimus.

De condemnatione impenſarum omiſſa.

10. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

OMnem honorem [41] ſalvum Judicibus reſervantes, ſi quando una pars quaſi læſa per definitivam eorum ſententiam, provocatione uſa fuerit, interdicimus alteri parti, quæ vicit [42], pro hoc tantummodo, quod nihil capere pro ſumptibus [43] litis, vel detrimentis, vel minus quam oportuerat, juſſa eſt, provocationem offerre: cum & ipſa deciſionem litis recte factam eſſe confiteatur: Judicibus ſcilicet, five florentiſſimis proceribus ſacri noſtri palatii, five his quibus pro minore litium æſtimatione conſultationes delegantur, (ſi perſpexerint adjuvandum [44] eſſe victorem ſumptuum perceptione) etiam ſine provocatione ejus, hoc ſtatuentibus, & juſtam eorundem ſumptuum quantitatem definientibus. Sed nec occaſione conſultationis introducendæ victori provocare concedimus: cum & priſcis legibus liceat ei & ſine provocationis auxilio eandem conſultationem diſcrente fuo adverſario introducere: & nos ei nihilominus hoc permittimus, injuriam ex ſupervacua provocatione judicibus fieri prohibentes. Dat. 7. Id. April. *Conſtantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

1 *L.* 11. *C. Theodoſ.* 56. dixi *L.* 49. *D.* 6. 2 Hic titulus rarius in Gallia ſervatur: cum omni appellatione, propter ſuperioris reverentiam, deferatur: niſi ſententia, ex conſtitutione regia executioni mandari poſſit, non obſtante provocatione. *gloſſ.* 6. 1. *verſic. inſuſpenſa. de frivolis appellat. in Fragmat.* Rebuff. *in proœm. conſt. gloſſ.* 3. *num.* 99. Rugnon. *in legibus abrogat. duobus locis.* 3 Continuus non auditur appellans. *l.* 3. *in fin.* J. *l.* 13. 9. 2. 8. *de judiciis. Novell.* 82. *cap.* 5. *in fin.* 4 *l.* 7. *Cod. Theod. h. t.* 5 Legem hanc repetit Ludovicus Carrerius. Vide Guterium 3. *part. reſol. c.* 8. *n.* 6. & Menchacam *illuſtr. controverſ. c.* 41. Med. 6 Convincendorum reorum tres modi, argumenta, teſtes, confeſſio. 7 Convictus & ſponte confeſſus non appellat. Convictus non confeſſus: aut confeſſus quidem, ſed vi tormentorum appellat. *l.* 244. *ff. de verb. ſignificat.* 8 Confeſſus non appellat. *Goth.* Vide Zanger. *de Tortur. reorum cap.* 5. *num.* 72. Eſtque hæc lex canonizata *can.* 41. *cauſ.* 2. 9. 6. Anf. Uſum hujus l. vid. apud Gruenewg. *de legib. abrogat. loco.* S. *l.* 9 *l.* 17. *C. Th. h. t.* 10 Officialis deſidit in officio ſuo commiſſa a ſuo judice condemnatus non appellat, *ut hic.* Quid ſi in cauſa rei ſuæ five patrimonii ſui damnatus ſit? poteſt appellare. *ut hic.* 11 Adde *l.* 2. 8. *de procurat.* *l.* 10. 8. *de appellat.* vide *l.* 1. *ff. an per atium cauſa appellat.* 12 *l.* 19. *C. Theod. h. t.* 13 In cauſa fiſcali condemnatus non appellat. adde *l.* 8. *in fin.* J. *h. t.* 14 Convicus non eſt qui negat, niſi contrarium probetur. *v.* Myſting 4. *obſerv.* 15 *l.* 1. 8. *h. t.* 16 Ab executione & executore, niſi modum excedat, non appellatur. *l.* 24. *C. Th. h. t.* Symmachus 1. *epiſt.* 26. *l.* 21. 8. *de appell. l. ab executore.* 4. *ff. de appell.* vide Roland. a Valle 1. *conſ.* 43. *n.* 5. Wurmſ. 1. *praeſt.* 34. *c.* 10. adde que dixi ad *l.* 2. 8. *de epiſc. audient.* Quid ſi executionis ipſius injuria reparari non poteſt, niſi appelleur? Quid ſi non executio, ſed interlocutoria ſit, quæ vim definitivæ habeat? Quid ſi nulla definitiva poſt ſperetur? Quid ſi judex ab interlocutoria appellari permittat? Quid ſi pronunciatio de exequendo nuda ſit? appellari poſſe notat Socin. *reg* 26. 17 In executionibus, res mobilis (ſi ab executoris injuria appellatur) non traditur actori, ſed apud tertium deponitur: immobilis vero fructus ſequeſtratur. 18 Dixi 8. de ſequeſtratione. 19 Ex αἰῶν τῶν ἀνάλωσιν Græci: his adde *l. uit. 7. quibus ad liberr. proclam.* v. Cujac. 12. *obſerv.* 6. Paul. *c. ſentent.* 36. 8. 1. ſi poſſeſſor condemnatus appellaverit, fructus ſequeſtrantur. Symmachus 16 epiſtolæ, *Conſtituti necnon ſequeſtrantur mobilia, fructuque percepta, ne abundantur exdetrito.* Quid ſi petitor ſive actor appellaverit? non ita fit, niſi fructus jopulitcetur ab adverſario. *l. Imperatores.* 21. 9. *uit. ff. de appellatiouib.* 20 Una ex eſt, interlocutione. Jure canonico a quacunque interlocutione ex cauſa appellari poteſt. *can.* Non ita 2. 9. 6. eoque jure utimur. 21 Pœna injuſti appellatoris quinquaginta argenti libræ. 1. 10. *l.* 25. *C. Theod. l.* 6. 9. 4. 3. *de appellat* adde Wurmſ. 1. *praeſt.* 24. *c.* 24. 22 *d. l.* 10. *d. l.* 25. 23 Appellari non poteſt ab iniquo ſtatuto, licet a ſententia dicta ex hujusmodi ſtatuto appellare liceat. Bald. *inc.* 6. *C. in cap. ceſſante. extr. de appellat.* Soc. *reg.* 20. 24 *Diem functi*, *l.* 26. *Cod. Theod. h. t.* 25 *l.* 26. *C. Theod. h. t. ne teſtamentum reſviuat & apertatur.* 8 *l. uit. ff. de appell. recap.* 26 *Edicti per D. Adrianum conditi beneficium conſequuntur*, *auſus fuerit &c.* & ita ſcriptum eſt in *d. l.* 26. de hoc edicto vide *l.* 2. *ff. de edicto D. Had. l. de codic.* 27 Ne ſcriptus heres in poſſeſſionem mittatur, non appellatur: & punitur ram appellans, quam appellationi deferens vide *l. unic. J. ſi de momentanea poſſeſſione.* vide Wurmſ. 1. *praeſt.* 24. *cap.* 12. 28 *Auri*, *d. l.* 26. 29 *Importuna appellatio*, *ut hic*, *vallida*, *l. uit. J. t. 1. moratoria*, *l. 1. C. Theod. h. t. ſuperſtitioſa*, *l.* 42. *C. Theod. de appellat.* 30 *Ignotæ*, *d. l.* 26. 31 *Obſtinatione*, *d. l.* 26. 32 *Ante certum ſententia &c. l.* 29. *Cod. Theod. h. t.* περὶ ἀποφάσεων. 9. *Eſt l. c.* 78. adde *l.* 6. 8. 3. 8. *de appellat.* vide Myſting. 4. *obſ.* 43. 33 Appellari a ſententia interlocutoria jure civili non poſſe hinc colligunt, ut ex *l. ante.* 2. *ff. de appell. recipiendis*: niſi appellatur a tarcere vel a quæſtione, vel ab excommunicatione, vel a cæteris denique omnibus quæ citra appellationem reparari non poſſunt, aut ſane nonniſi difficulter reparari poſſunt. Idem cenſent, quoties interlocutoria ad negotium principale & ſubſtantiam negotii refertur: aut ſi judex adorum copiam deneget. *l.* 2. 7. *ut hic pendente.* Idem etiam putant, ſi excuſatio tutoris ſententia rejecta fuerit. *l.* 1. 9. *ſi qui tutor.* 1. *ff. quando appellandum*: ut & ſi ſententia ſuper legitimatione perſonæ lata: ſi judex ſi ſeſujoſorem idoneum elle pronunciavit. *l. uibitro.* 9 *ff. qui ſaltidiare*, ſi minori ſine curatore ſolvi jubeat. *l. aut prætor.* 7. 8. 2. *verſ. permittitur. ff. de minoriis*: aut probationes admittat vel deneget; ſi interlocutoria executionem meretur: ſi ſententia lata in cauſa momentanea poſſeſſionis ſit. Bart. *hic.* vide Dinezarium *reg.* 14. 34 Imo licet ab interlocutoria appellare. *l.* 2. *ff. de appell. recep.* Goth. Et jure Canonico ante deffinitivam permittitur appellatio. *cap. ut debitas.* 59. *C. cap. cum cauſam.* 62. *C. ſep. extr. de Appell.* Adde Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. & *ſeſſ.* 13. *cap.* 1. *De Reformatione.* Anf. 35 *l.* 26. *ſupr. de appell.* vide *l. uit. J. de diſcuſſoribus. lib.* 10. *tit.* 30. 36 *l.* 32. *C. Theod. h. t.* 37 Publicus debitor, manifeſte convictus non appellat. 38 Adde *l.* 4. 8. *h. t.* 39 *Dat.* 4 *Id. Aug. C. Theod.*

40 *L.* 11. *C. Th.* 35. Dixi ad *L.* 49. *D.* 13. *l.* 2. *ff. quæ ſent. ſine appellat.* 41 Ejus qui appellavit, ſcil. vel ejus contra quem appellatum, vel hominis controverſi. 42 Omnis inſtantia appellationis tranſit ad appellatoris heredes. Appellans tenetur heredes appellati citare: at non e contra. vid. Rebuff. *in proœm. conſt. gloſſ.* 6. *num.* 97. 43 Adnotatio inter reos non eſt condemnatio: & tamen ab ea appellatur. vid. *l.* 6. 7. *de accuſat.* 44 Bona ſtnatuti inter reos mortui pendente appellatione tranſeunt ad heredem defuncti, non ad fiſcum. 45 Mortui pendente appellatione crimen morte extinguitur. An & quæſtio bonorum ejus? utique: niſi nominatim bona ei fuerint adempta. Expreſſa ademptio bonorum morte appellantis non permittit, ſecus ſi tacita. adde *l. uit. J. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit. l. unic. ff. ſi pendente appellat. l.* 9. *in fin. ff. de pœn fiſci.* 46 Cauſa appellationis interpoſitæ honore, vel munere delato, morte finitur. 47 Mortua ancilla pendente appellatione, licet quæſtio proprietatis ejus evanuerit, durat tamen his pecunii eius, *ut hic*, ut & fructus, & partus & ſtipulationes de evictione. *l.* 16. *ff. de rei vind.* adde *l.* 3. 8. *re de ſtatu defuncti.*

TIT. LXV.

QUORUM APPELLATIONES NON [1] RECIPIUNTUR [2].

De abſente per contumaciam.

1. Imp. ANTONINUS A. Sabino.

EJus, qui per contumaciam [3] abſens, cum [ad] agendam cauſam vocatus eſſet, condemnatus eſt negotio prius ſummatim perſcrutato, appellatio recipi non poteſt. PP. Non. Jul. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De criminibus.

2. Impp. CONSTANTIUS, & CONSTANS, AA. ad Hierocleum Conſularem Syriæ Cœles.

OBſervare [4] curabis, Ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum [5], adulterorum, itemque [eorum, qui manifeſtam violentiam commiſerunt,] argumentis [6] convictus, [7] teſtibus ſuperatus, voce etiam propria vitium ſceleſque confeſſus [8] audiatur appellans. Sicut enim hoc obſervari diſpoſuimus; ita æquum eſt teſtibus productis, inſtrumentisque prolatis, aliiſque argumentis præſtitis, ſi ſententia contra eum lata ſit, & ipſe, qui condemnatus eſt, aut minime voce ſua confeſſus ſit, aut formidine tormentorum territus, contra ſe aliquid dixerit, provocandi licentiam ei non denegari. Dat. 5. Idib. Decemb. LEONTIO & SALUSTIO CONSS. 344.

De officialibus.

3. Impp. VALENTINIANUS & VALENS AA. ad Modeſtum P. P.

NUlli [9] Officialium *a ſententia propria judicis* provocatio tribuatur: niſi [10] in tantum negotio, quod ratione civili ſuper patrimonio forte apud proprium Judicem inchoaverit: ſcilicet ut in eo tantum negotio a ſententia ejus, cui paret, Judicis, quisquis velit Officialis appellet: quod per procuratorem etiam [11] perſequi jure tribuitur. Dat. 4. Id. Jun. *Cyzici*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De cauſa fiſci, vel principis.

4. Imppp. VALENTINIANUS, VALENS, & GRATIANUS, AAA. ad Olybrium P. V.

ABſtinendum [12] prorſus [ab] appellatione ſancimus, quoties fiſcalis [13] calculi ſatisfactio poſtulatur, aut tributariæ functionis ſolenne munus expoſcitur, aut publici, vel etiam privati (dummodo evidentis atque convicti [14]) redhibitio debiti flagitatur: [ut] neceſſario in contumacem [15] vigor judiciarius excitetur. PP. Romæ, 15. Kalend. Septembr. VALENTINIANO & VALENTE II. AA. CONSS. 368.

De executione ſententiæ.

5. Imppp. VALENS, GRATIANUS & VALENTINIANUS, AAA. ad Thalaſſium Proconſulem Africæ.

AB [16] executione appellari non poſſe, ſatis & jure & conſtitutionibus cautum eſt: niſi forte executor ſententiæ modum judicationis excedat. A quo ſi fuerit appellatum, executione ſuſpenſa decernendum putamus, ut ſi res mobilis [17] eſt, ad quam reſtituendam executoris opera fuerit indulta: appellatione ſuſcepta, poſſeſſori res eadem detrahatur, & [ſequeſtro [18]] idoneo collocetur reddenda ei parti, pro qua facer cognitor judicaverit. † Quod ſi de poſſeſſione, vel de fundis executio [ceſſaverit,] & eam ſuſpendit provocatio, fructus omnes, qui tempore interpoſitæ provocationis capti, vel poſitea nati erunt, in depoſito [19] collocentur, jure fundi penes eum, qui appellaverit, conſtituto. † Sciant autem provocatores, ſe vel ab executione appellantes, vel ab articulo [20], ſi eos perperam [21] intentionem cognitoris ſuſpendiſſe clarueriit, quinquaginta [22] librarum argenti animadverſione multandos. Dat. 3. Kalend. Febr. *Trev.* VALENTE VI. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 378.

De teſtamentis aperiendis, & de heredibus in poſſeſſionem mittendis.

6. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hypatium P. V.

QUiſquis [23] ne voluntas defuncti [24] teſtamento ſcripta referetur [25], vel ne hi, quos ſcriptos patuerit heredes [26], [in poſſeſſionem [27] mittantur,] auſus fuerit provocare, interpoſitamque appellationem is, cujus de ea re notio erit, recipiendam eſſe crediderit, viginti librarum argenti [28] multa, & litigatorem, qui tam importune [29] appellaverit, & judicem, qui tam ignavam [30] conniventiam [31] adhibuerit, involvat. Datum Non. April. *Trev.* AUSONIO & OLYBRIO CONSS. 379.

De Diſcuſſore & Rationali.

7. Iidem AA. & ARCAD. ad Pelagium Comitem rerum privatarum.

ANte [32] ſententiæ tempus, & ordinem [33] eventus, nec [34] a Diſcuſſore [35], nec a Rationali appellari liceat. Dat. 15. Kal. Mart. *Mediol.* ARCAD. A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

De publico debitore.

8. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Comiti rerum privatarum.

ET [36] publicarum neceſſitatum, & privati ærarii depoſcit utilitas, ne commoda, quæ domui noſtræ debentur, callidis debitorum [37] artibus differantur. Quamobrem appellatione eorum rejecta, qui aperte manifeſteque convicti ſunt: hoc obſervari præcepti hujus auctoritate cenſemus, ut ei quem conſtiterit eſſe publicum [38] debitorem, appellationis beneficium denegetur. Dat. 3. [39] Auguſt. *Med.* ARCADIO IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

TIT. LXVI.

SI PENDENTE [40] APPELLATIONE MORS [41] INTERVENERIT.

Inſtantia cauſæ appellationis tranſit ad heredem. Bart.

1. Imp. ALEXAND. A. Juliano.

ETiam poſt mortem ejus, qui [42] appellavit, neceſſe eſt heredibus ejus, vel reddere cauſam provocationis, vel ſtatutis acquieſcere. PP. 3. Non. Decembr. ALEXAND. CONS. 223.

2. Idem A. Marcellinæ.

EJus, qui requirendus [43] annotatus appellavit, & ante actam cauſam mortuus eſt, bona [44] ad ſucceſſorem pertinere, Parentibus meis placuit. PP. 3. Non. Decembr. ALEX. CONS. 223.

Expreſſa ademptio bonorum morte appellantis non perimitur: ſecus in tacita. Bald.

3. Idem A. Ulpio.

SI is, qui ademptis bonis in exilium datus eſt, appellaverit, ac pendente provocatione defunctus eſt: quamvis crimen in perſona ejus evanuerit, tamen cauſam bonorum agi oportet. Nam multum [45] intereſt, utrum capitalis pœna irrogata bona reo quoque adimat, quo caſu morte ejus extincto crimine, nulla quæſtio ſupereſſe poteſt: an vero non ex damnatione [capitis,] ſed ſpeciali Præſidis ſententia bona auferantur: tunc etenim ſubducto reo, ſola capitis cauſa perimitur, bonorum remanente quæſtione. PP. 6. Id. Mart. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

Cauſa appellationis interpoſitæ a muneris nominatione morte appellantis expirat. Paul. de Caſtr.

4. Imp. GORDIANUS A. Alexandro.

SI pater tuus ad Decurionatum [46] evocatus appellationem interpoſuit, eaque pendente conceſſit in fatum, honoris ejus quæſtio morte finita eſt.

Licet moriatur ancilla petita cum peculio: durat tamen cauſa appellationis propter peculium. Paul. de Caſtr.

5. Idem A. Felici.

QUamvis ancilla [47], de cujus dominio diſceptabatur, & a Rectore provinciæ contra te jus dictatum fuerat, in fatum conceſſerit:

1 *L.* 11. *C. Theodoſ.* 56. dixi *L.* 49. *D.* 6. 2 Hic titulus rarius in Gallia ſervatur: cum omni appellatione, propter ſuperioris reverentiam, deferatur: niſi ſententia, ex conſtitutione regia executioni mandari poſſit, non obſtante provocatione. *gloſſ.* 6. 1. *verſic. inſuſpenſa. de frivolis appellat. in Fragmat.* Rebuff. *in proœm. conſt. gloſſ.* 3. *num.* 99. Rugnon. *in legibus abrogat. duobus locis.* 3 Continuus non auditur appellans. *l.* 3. *in fin.* J. *l.* 13. 9. 2. 8. *de judiciis. Novell.* 82. *cap.* 5. *in fin.* 4 *l.* 7. *Cod. Theod. h. t.* 5 Legem hanc repetit Ludovicus Carrerius. Vide Guterium 3. *part. reſol. c.* 8. *n.* 6. & Menchacam *illuſtr. controverſ. c.* 41. Med. 6 Convincendorum reorum tres modi, argumenta, teſtes, confeſſio. 7 Convictus & ſponte confeſſus non appellat. Convictus non confeſſus: aut confeſſus quidem, ſed vi tormentorum appellat. *l.* 244. *ff. de verb. ſignificat.* 8 Confeſſus non appellat. *Goth.* Vide Zanger. *de Tortur. reorum cap.* 5. *num.* 72. Eſtque hæc lex canonizata *can.* 41. *cauſ.* 2. 9. 6. Anf. Uſum hujus l. vid. apud Gruenewg. *de legib. abrogat. loco.* S. *l.* 9 *l.* 17. *C. Th. h. t.* 10 Officialis deſidit in officio ſuo commiſſa a ſuo judice condemnatus non appellat, *ut hic.* Quid ſi in cauſa rei ſuæ five patrimonii ſui damnatus ſit? poteſt appellare. *ut hic.* 11 Adde *l.* 2. 8. *de procurat.* *l.* 10. 8. *de appellat.* vide *l.* 1. *ff. an per atium cauſa appellat.* 12 *l.* 19. *C. Theod. h. t.* 13 In cauſa fiſcali condemnatus non appellat. adde *l.* 8. *in fin.* J. *h. t.* 14 Convicus non eſt qui negat, niſi contrarium probetur. *v.* Myſting 4. *obſ.* 43. 15 *l.* 1. 8. *h. t.* 16 Ab executione & executore, niſi modum excedat, non appellatur. *l.* 24. *C. Th. h. t.* Symmachus 1. *epiſt.* 26. *l.* 21. 8. *de appell. l. ab executore.* 4. *ff. de appell.* vide Roland. a Valle 1. *conſ.* 43. *n.* 5. Wurmſ. 1. *praeſt.* 34. *c.* 10. adde que dixi ad *l.* 2. 8. *de epiſc. audient.* Quid ſi executionis ipſius injuria reparari non poteſt, niſi appelleur? Quid ſi non executio, ſed interlocutoria ſit, quæ vim definitivæ habeat? Quid ſi nulla definitiva poſt ſperetur? Quid ſi judex ab interlocutoria appellari permittat? Quid ſi pronunciatio de exequendo nuda ſit? appellari poſſe notat Socin. *reg* 26. 17 In executionibus, res mobilis (ſi ab executoris injuria appellatur) non traditur actori, ſed apud tertium deponitur: immobilis vero fructus ſequeſtratur. 18 Dixi 8. de ſequeſtratione. 19 Ex αἰῶν τῶν ἀνάλωσιν Græci: his adde *l. uit. 7. quibus ad liberr. proclam.* v. Cujac. 12. *obſerv.* 6. Paul. *c. ſentent.* 36. 8. 1. ſi poſſeſſor condemnatus appellaverit, fructus ſequeſtrantur. Symmachus 16 epiſtolæ, *Conſtituti necnon ſequeſtrantur mobilia, fructuque percepta, ne abundantur exdetrito.* Quid ſi petitor ſive actor appellaverit? non ita fit, niſi fructus jopulitcetur ab adverſario. *l. Imperatores.* 21. 9. *uit. ff. de appellatiouib.* 20 Una ex eſt, interlocutione. Jure canonico a quacunque interlocutione ex cauſa appellari poteſt. *can.* Non ita 2. 9. 6. eoque jure utimur. 21 Pœna injuſti appellatoris quinquaginta argenti libræ. 1. 10. *l.* 25. *C. Theod. l.* 6. 9. 4. 3. *de appellat* adde Wurmſ. 1. *praeſt.* 24. *c.* 24. 22 *d. l.* 10. *d. l.* 25. 23 Appellari non poteſt ab iniquo ſtatuto, licet a ſententia dicta ex hujusmodi ſtatuto appellare liceat. Bald. *inc.* 6. *C. in cap. ceſſante. extr. de appellat.* Soc. *reg.* 20. 24 *Diem functi*, *l.* 26. *Cod. Theod. h. t.* 25 *l.* 26. *C. Theod. h. t. ne teſtamentum reſviuat & apertatur.* 8 *l. uit. ff. de appell. recap.* 26 *Edicti per D. Adrianum conditi beneficium conſequuntur*, *auſus fuerit &c.* & ita ſcriptum eſt in *d. l.* 26. de hoc edicto vide *l.* 2. *ff. de edicto D. Had. l. de codic.* 27 Ne ſcriptus heres in poſſeſſionem mittatur, non appellatur: & punitur ram appellans, quam appellationi deferens vide *l. unic. J. ſi de momentanea poſſeſſione.* vide Wurmſ. 1. *praeſt.* 24. *cap.* 12. 28 *Auri*, *d. l.* 26. 29 *Importuna appellatio*, *ut hic*, *vallida*, *l. uit. J. t. 1. moratoria*, *l. 1. C. Theod. h. t. ſuperſtitioſa*, *l.* 42. *C. Theod. de appellat.* 30 *Ignotæ*, *d. l.* 26. 31 *Obſtinatione*, *d. l.* 26. 32 *Ante certum ſententia &c. l.* 29. *Cod. Theod. h. t.* περὶ ἀποφάσεων. 9. *Eſt l. c.* 78. adde *l.* 6. 8. 3. 8. *de appellat.* vide Myſting. 4. *obſ.* 43. 33 Appellari a ſententia interlocutoria jure civili non poſſe hinc colligunt, ut ex *l. ante.* 2. *ff. de appell. recipiendis*: niſi appellatur a tarcere vel a quæſtione, vel ab excommunicatione, vel a cæteris denique omnibus quæ citra appellationem reparari non poſſunt, aut ſane nonniſi difficulter reparari poſſunt. Idem cenſent, quoties interlocutoria ad negotium principale & ſubſtantiam negotii refertur: aut ſi judex adorum copiam deneget. *l.* 2. 7. *ut hic pendente.* Idem etiam putant, ſi excuſatio tutoris ſententia rejecta fuerit. *l.* 1. 9. *ſi qui tutor.* 1. *ff. quando appellandum*: ut & ſi ſententia ſuper legitimatione perſonæ lata: ſi judex ſi ſeſujoſorem idoneum elle pronunciavit. *l. uibitro.* 9 *ff. qui ſaltidiare*, ſi minori ſine curatore ſolvi jubeat. *l. aut prætor.* 7. 8. 2. *verſ. permittitur. ff. de minoriis*: aut probationes admittat vel deneget; ſi interlocutoria executionem meretur: ſi ſententia lata in cauſa momentanea poſſeſſionis ſit. Bart. *hic.* vide Dinezarium *reg.* 14. 34 Imo licet ab interlocutoria appellare. *l.* 2. *ff. de appell. recep.* Goth. Et jure Canonico ante deffinitivam permittitur appellatio. *cap. ut debitas.* 59. *C. cap. cum cauſam.* 62. *C. ſep. extr. de Appell.* Adde Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. & *ſeſſ.* 13. *cap.* 1. *De Reformatione.* Anf. 35 *l.* 26. *ſupr. de appell.* vide *l. uit. J. de diſcuſſoribus. lib.* 10. *tit.* 30. 36 *l.* 32. *C. Theod. h. t.* 37 Publicus debitor, manifeſte convictus non appellat. 38 Adde *l.* 4. 8. *h. t.* 39 *Dat.* 4 *Id. Aug. C. Theod.*

40 *L.* 11. *C. Th.* 35. Dixi ad *L.* 49. *D.* 13. *l.* 2. *ff. quæ ſent. ſine appellat.* 41 Ejus qui appellavit, ſcil. vel ejus contra quem appellatum, vel hominis controverſi. 42 Omnis inſtantia appellationis tranſit ad appellatoris heredes. Appellans tenetur heredes appellati citare: at non e contra. vid. Rebuff. *in proœm. conſt. gloſſ.* 6. *num.* 97. 43 Adnotatio inter reos non eſt condemnatio: & tamen ab ea appellatur. vid. *l.* 6. 7. *de accuſat.* 44 Bona ſtnatuti inter reos mortui pendente appellatione tranſeunt ad heredem defuncti, non ad fiſcum. 45 Mortui pendente appellatione crimen morte extinguitur. An & quæſtio bonorum ejus? utique: niſi nominatim bona ei fuerint adempta. Expreſſa ademptio bonorum morte appellantis non permittit, ſecus ſi tacita. adde *l. uit. J. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit. l. unic. ff. ſi pendente appellat. l.* 9. *in fin. ff. de pœn fiſci.* 46 Cauſa appellationis interpoſitæ honore, vel munere delato, morte finitur. 47 Mortua ancilla pendente appellatione, licet quæſtio proprietatis ejus evanuerit, durat tamen his pecunii eius, *ut hic*, ut & fructus, & partus & ſtipulationes de evictione. *l.* 16. *ff. de rei vind.* adde *l.* 3. 8. *re de ſtatu defuncti.*

tamen cum appellationem super ea re interpositam fuisse, & in numero [1] cognitionum pendere proponas, ea provocatio suo ordine [2] propter peculium ancillæ audiri debet.

Ultra tempus, quod datur ad prosequendam appellationem, dantur heredi appellantis quatuor menses. Paul. de Castr.

6. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum Præf. urbi post alia.

SI [3] unus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione [4] defunctus sit, non residuum tantum temporis heredes ejus habeant, sed etiam alios quatuor [5] menses. Sin autem ad deliberationem hereditatis certum tempus indulgetur, post lapsum ejus temporis quatuor [6] mensium numerabitur [spatium:] ne ignorantes negotium, vel etiam super adeunda hereditate dubitantes, priusquam aliquod commodum sentiant, damnis affici compellantur. PP. 12. Kalend. Jun. *Sirmii*, CRISPO II. & CONSTANTINO II. CC. CONSS. 321.

TIT. LXVII.

DE HIS, QUI PER [7] METUM JUDICIS NON APPELLARUNT.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Dorophani.

SI contra te jure pronunciatum est, nec appellationis auxilium imploratum est, intelligis acquiescere te statutis oportere. In sacro [8] enim comitatu nostro timere nihil potuisti. S. 15. Kal. Jun. *Philippopoli*, AA. CONSS.

Qui propter timorem vanum omittit appellare, videtur sententiæ acquiescere. Paul. de Castr.

2. Imp. JULIANUS A. Geminiano [9].

HIs [10], qui tempore competenti non appellant, redintegrandæ audientiæ facultas denegetur. Omnes igitur, qui contra Præfectos urbi, [Magistros officiorum,] vel Magistros militum, seu Proconsules, seu Comites [11], seu Præfectos Orientis, [seu Vicarios Augustales,] vel alium judicem sub [12] specie formidinis provocationem non arbitrantur interponendam, a revocanda lite repellantur [13]. † Qui vero vim sustinuerunt, contestatione [14] publice proposita, intra dies videlicet legitimos, quibus appellari [15] licet, causas appellationis evidenti affirmatione distinguant: ut hoc facto tanquam interposita appellatione iisdem æquitatis adminicula tribuantur. Emissa 15. Kal. Jul. [16] MAMERTINO & NEVITA CONSS. 362.

TIT. LXVIII.

SI UNUS EX PLURIBUS APPELLAVERIT [17].

Ubi est defensio communis, & eadem ratio vincendi, appellatio unius omnibus prodest, sed restitutio minoris non suffragatur majori. Bald.

1. Imp. ALEX. A. Licinio.

SI Judici probatum fuerit, unam [18] eandemque condemnationem eorum quoque, quorum appellatio justa pronunciata est, fuisse, nec diversitate factorum separationem exigere, emolumentum victoriæ secundum ea, quæ [sæpe] constituta sunt, ad te quoque, [qui nec provocasti] pertinere non ignorabit. PP. 14. Kal. Septembr. 2. *

2. Idem A. Sereno.

SI in una [19] eademque causa unus appellaverit, ejusque justa appellatio pronunciata est: ei quoque prodest [20], qui non appellaverit. Quod si ætatis auxilio unus contra sententiam restitutionem impetraverit, majori, qui suo jure non appellaverit, hoc rescriptum non prodest.

TIT. LXIX.

SI DE MOMENTANEA [21] POSSESSIONE FUERIT APPELLATUM [22].

Sententia lata in possessorio etiam appellatione interposita, statim sortitur effectum: ita tamen possessio reformatur, ut quæstio proprietatis integra servetur. Bald.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Eusignium P. P.

CUm [23] de possessione [24], & [ejus] momento causa dicitur, etsi [25] appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortitur effectum. Ita tamen possessionis reformationem [26] fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa servetur. Dat. 14. Kal. Decemb. *Mediolan.* HONOR. N. P. & EUODIO, CONSS. 386.

TIT. LXX.

NE LICEAT IN UNA EADEMQUE CAUSA TERTIO [27] PROVOCARE [28], VEL POST DUAS [29] SENTENTIAS JUDICUM, QUAS DEFINITIO PRÆFECTORUM ROBORAVERIT, EAS RETRACTARE.

Qui succubuit in duplici appellatione, non potest tertio appellare super eisdem articulis, & etiam supplicare. Bart.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SI quis in quacunque lite iterum provocaverit, non liceat ei tertio [30] in eadem lite super iisdem capitulis provocatione uti, vel sententias excellentissimorum Præfectorum prætoro retractare [31]; licentia danda litigatoribus, arbitro dato, ipsius audientiam qui [32] eum dedit, ante [33] litem contestatam invocare: & hujusmodi petitione minime provocationis vim obtinente.

TIT. LXXI.

QUI [34] BONIS [35] CEDERE [36] POSSUNT.

De effectu cessionis.

1. Imp. ALEX. A. Irenæo.

QUi bonis cesserint, nisi [37] solidum creditor receperit, non sunt liberati. In eo enim tantummodo hoc beneficium eis prodest, ne judicati detrahantur in carcerem [38]. PP. 12. Kal. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De eo, qui solvere paratus est.

2. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Abascanto.

SI quantitatem, quam licet Reipublicæ condemnatus debebas, inferre paratus es: frustra vereris, ne [39] verbum [40] *bonorum cessionis* temere a te prolatum, privare te necdum [41] distractis [42] facultatibus, juris rationibus possit. PP. 13. Kalend. Februar. PHILIPPO A. & RETIANO [43] CONSS. 246.

Si pater bonis cesserit.

3. Impp. VALERIANUS, & GALLIENUS, & VALERIANUS, Nobilissimus Cæsar AA. Juliano Lenissæ.

SI pater [44] tuus bonis cessit propter onera civilia [45], ipsius facultates oportet inquiri; non patrimonium, quod tibi emancipato quæsitum dicis, inquietari. Quod ut fiat, implorare æquitatem Præsidis debes.

De provinciis & de effectu cessionis.

4. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Chiloni.

LEgis Juliæ [46] de bonis cedendis beneficium, constitutionibus Divorum nostrorum Parentum ad provincias porrectum esse, ut cessio bonorum admittatur, notum est: non tamen creditoribus sua [47] auctoritate dividere hæc bona, & jure dominii detinere; sed venditionis [48] remedio, quatenus [49] substantia patitur, indemnitati suæ consulere permissum est. Cum itaque contra juris rationem ju-

1 *l. 9. ff. tit. proxim.* 2 Vide *l. 31. ff. de usurpat.* 3 Dubitoria bona creditoribus in solutum dari possunt. 4 Facit *l. 12. in fin. ff. de epist. & clerico. l. 17. ff. de referend. vend. l. 16. ff. de muneribus. l. 9. ff. de excusat. munerum.* 5 Evitandum scilicet. 6 *l. 2. Cod. Theod.* 7 Videtur cessio bonorum olim facta folentibus verbis. 8 Nuda voluntas, *d. l. 2. l. ult. ff. h. t.* vid. Fornerium 2. *select.* 27. 9 *Filiusfamilias potest. Heal.* Etiam filiisfamilias bona possunt cedere. 10 Vid. Cuj. 13. *obs.* 18. 11 Cessionis bonorum flebile auxilium est. 12 Cedere bonis mulier potest. vid. Matthæum Brunum *tract. cess.* 4. *quæst.* 1. Quid Ecclesia? potest quoque. *Nov. ut determinetur.* 11. §. *fi quis autem.* 13 *l. 4. 6. 7. ff. h. t. l. 3. §. tit. prox. & ult. Inst. de act.* 14 Si creditorum alii dilationem dare debiti volunt ea lege, ne cedat bonis & integrum solvat: alii præsentem bonorum cessionem admittunt: qui potiores? Numerus creditorum inspicitur. 15 Miserabile bonorum cessionis auxilium. 16 Vid. *l. 4. §. de greciis. imper. off.* vid. Papon. 10. *Arrest.* 9. *des restitt. & quinquennelles.* & 3. *notar.* 8. Cujac. 2. *observ.* 10. Rebuff. *in tract. de litteris dilatoriis.* spatium hoc quinquennii a principe impetrabatur, at non beneficium cessionis bonorum. 17 Vid. *l. 11. §. ex quibus causi. infam.* vid. Hot. 22. *illustr.* 18 *l. 1. in fin. §. h. t.* adde *Nov. 135. & ibid.* Cujac. Fornerium 2. *select.* 27. 19 Humanior sententia, duriore relecta, præferenda est & eligenda. 20 Facit *l. 10. ff. de pactis.* 21 Quod pluribus in bonorum cessione concedenda placet, admittendum. 22 *l. 3. in fin. ff. de his qui in testamento: dixisti l. 66. ff. de reg. jur.* 23 Seous quod ad jus debiti consequendi. *l. 1. ff. h. t. l. 6. §. tit. proc.* Goth. An & quatenus majori parte creditorum consentente in inductrum concessione, aut debiti remissione minor pars fequi debeat: vid. Censur. Forens. noltr. *lib. 3. c. 42. num. 2. & seq. S. L.* 24 Dilatione pendente præscriptio adversus creditores non currit.

25 *Dereliq. L. 42. D. S.* 26 In Galliis non mittuntur actores in possessionem bonorum, maxime in causis beneficialibus, uti Rebuffus notat *prooem. cons. pisc. §. n.* 10. 27 *l. 11. in fin. §. ut in possess.* 28 Legatarii defuncti priores sunt legatariis heredis, neque ita ordo est inter legatarios diversorum testamentorum, quia legatarii priores testamenti, respectu legatariorum secundi testamenti, quasi creditores censentur. 29 Legatum, quasi res alienum. 30 Legatum retractio sere alienos solvitur. 31 *l. 6. in fin. §. de hered. act.* 32 *L. 1. §. 8. ff. de separation.* 33 Creditores defuncti separationem a bonis heredis impetrant: nisi heredis fidem sunt secuti. Cur

re [1] dominii teneas ejus, qui bonis cessit, te creditorem dicens, longi [2] temporis præscriptione petitorem submoveri non posse manifestibi dedisse monstretur, Præses provinciæ poterit de proprietate tibi accommodare notionem.

De muneribus & bonoribus.

5. Iidem AA. & CC. Myroni.

PRopter [3] honorem municipalem, vel munus [4], bonis cedentium invidiosam admitti cessionem minime convenit: sed his obnoxios pro modo substantiæ fungi.

De professione.

6. Imp. THEODOS. A. [apud acta] dixit.

IN [5] omni cessione [bonorum,] ex qualibet causa facienda, scrupulositate [6] priorum legum explosa, professio [7] sola quærenda est. §. 1. *Idem* dixit, in omni cessione sufficit voluntatis sola professio. Dat. Kalend. Maji, HONOR. N. P. & EUODIO CONSS. 386.

De filiisfamilias.

7. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

CUm & filiisfamilias [8] possint habere subitantias, quæ patribus acquiri vetitæ sunt, necnon peculium [9], vel castrense, vel quod patre volente possident; quare cessio bonorum eis deneganda sit? cum & [si] nihil in suo censu hi, qui in potestate parentum sunt, habeant: tamen ne patientur injuriam, debet bonorum cessio admitti. Si enim & paterfamilias admittendus est propter injuriarum timorem ad cessionis [10] flebile veniens adjutorium, quare filiisfamilias utriusque [11] sexus hoc jus denegamus? cum apertissimi juris est, & inter patresfamilias & inter alieno juri subjectos, si quid postea [12] ex his pingius accesserit, hoc iterum usque ad modum debiti posse a creditoribus legitimo modo avelli. Dat. 10. Kal. Mart. *Constantinop.* post Consulat. LAMPAD. & ORESTIS, VV. CC. 531.

Si quidam ex creditoribus inducias dare & alii cessionem bonorum accipere velint.

8. Idem A. Joanni P. P.

CUm [13] solito more a nostra majestate petitur, *Ut ad miserabile* [14] *cessionis bonorum hominis veniant auxilium, & electio detur creditoribus, vel quinquennale* [15] *spatium eis indulgere, vel bonorum accipere cessionem, judica* [16] *eorum videlicet existimatione, & omni corporali cruciatu semoto* [17]: quotidie dubitabatur, si quidam ex creditoribus voluerint quinquennales dare inducias, alii autem jam nunc cessionem accipere velint, qui audiendi sint? In tali itaque dubitatione nemini putamus esse ambiguum, quod sentimus, & quod humaniorem sententiam [18] pro duriore eligimus, & sancimus, ut vel ex cumulo debiti, vel ex numero creditorum causa judicetur.

† Et si quidem unus creditor aliis omnibus gravior [19] in summa debiti inveniatur, ut omnibus in unum coadunatis, & debitis eorum computatis, ipse alios antecellat: ipsius sententia obtineat, sive indulgere tempus, sive cessionem accipere desiderat. Si vero plures quidem sint creditores, ex diversis autem quantitatibus: etiam nunc amplior debiti cumulus minori summæ præferatur, sive par, sive discrepans numerus est creditorum: cum non ex frequentissimo ordine fœneratorum, sed ex quantitate debiti causa trutinetur. Pari autem quantitate debiti inventa, dispari vero creditorum numero: tunc amplior pars creditorum obtineat: ita ut quod pluribus [20] placeat, hoc statuatur. Sin vero undique æqualitas emergat tam debiti, quam numeri creditorum, tunc eos anteponi, qui ad humaniorem [21] declinant sententiam, non cessionem exigentes, sed inducias: Nulla quidem differentia inter hypothecarios, & alios creditores quantum ad hanc electionem [22] observanda; in rebus autem officio Judicis partiendis, suam vim singulis creditoribus habentibus, quam eis legum præstabit regula: Nullo prejudicio creditorum cuiquam ex quinquennii dilatione circa temporalem [23] præscriptionem generando.

TIT. LXXII.

DE BONIS [24] AUTORITATE JUDICIS POSSIDENDIS [25], SEU VENUNDANDIS, ET DE SEPARATIONIBUS BONORUM.

1. Imp. ANTONINUS A. Attico.

IN bonis mortui potiorem esse causam legatariorum, qui eum (utpote heredem) convenire potuerunt [26]: quam eorum [27], quibus ipse [heres] legavit, manifestum est: cum prius legatum quasi [29]

27 Titulus ita conceptus est in Codice Theodosiano, *De possessione ab eo, qui provocaverit, transferenda. l. 11. tit.* 38. adde *l.* 122. §. 5. *ff. de vero. oblig. Nov.* 82. c. 5. 28 In eodem articulo scilicet. vid. Wurmferum 1. *pract.* 24. *c.* 25. 29 Velut si appellavero a duumviro ad præsidem, a præside ad præfectum urbi. 30 Appellare tertio in una eandemque causa non licet, *ut hic.* Quid si judex secundus appellationem eam expessis omavit? tertio appellare posse refert Angelus *hic.* Quid si contra potium tertio, quartove appelletur? id permiti notat Bartolus *inc.* vid. Socinum *reg.* 328. 31 Retractatio est pro appellatione. 32 A sententia judicis dari appellatur ad eum qui dedit. *l. 1. ff. quis & a quo appell.* 33 Recusatio judicis non est appellatio.

34 An fœmina bonis cedere potest? vid. *l. 7. infr. h. t.* An ecclesia, minor, obligatus ad factum, mercator: qui foro cessit, heres qui non conscit inventarium, debitor nulla nobilitate a creditoribus affectus, excommunicatus, fabulus ob vectigalia & collectas non solutas: Doctor, miles, obligatus in specie debitor, Si creditorem habent pauperiorem: spoliatus bonis in bello vel propter bellum: hominis bonis restituendis: Debitor dives condemnatus pro delicto, vide apud Martin. Brunum *tract. de cessione bonor.* 4. *q.* 1. ubi alias quoque quæstiones proponit, adde Socin. *reg.* 46. ubi fedecim casus enumerat in quibus cessio bonorum non admittitur. 35 *Qui bonis se ita fuit cedere possunt.* 4. *Cod. Theod.* 19. legis Juliæ meminit *lex* 2. *J. h. t.* 36 Dixi *L. 42. D. S.* Noteli 13. 37 Qui bonis cedit, debito ipso non liberatur ipso jure, sed solo carcere: potest enim ratio a creditoribus convenirl, *l. 7. ff. h. t. Synopf. Basil.* 7. *tit.* 6. *ex tit.* 5. *c.* 8. Quid, remuneranda quatenus facere possit? tenetur. 38 *cum eo quoque.* 40. *Inst. de act.* Excepe quatur casus de quibus vide Socin. *reg.* 47. 38 Vincula & verbera propulsarant is, qui creditoribus suis fatis non facerent, *ut hic. Cf. l. ult. J. l. 1. Cod. Theod. l. 1.* vide quæ scripti ad leges 12. Tab. *tit. de hered. ab intest. in fin.* 39 Bonorum fida cessio, si res adhuc est integra, revocari potest. *l. 3. l. 5. ff. h. t. l. 8. §. de usfruct. legat.* Poenitere in ea licet retius adhuc integris. 40 Adde *l. 7. ff. ad l. Jul. maiest.* 41 Id est, re integra. 42 Qui cedit bonis, distractionem bonorum patitur. *l. 1. §. ff. h. t. l. 11. supr. ex quib. caus. infam.* adde *Novell.* 135. dixi ad *leg.* 12. *Tab. de h. tit.* 20. §. 27. 43 Pr. Titiano. 44 Cessio bonorum facta a patre, ad bona liberorum ejus non extenditur. 45 Debitor principis, bonis potest cedere, ut hoc. *C. l. 2. in princ. supr. h. t.* 46 Lege Julia beneficium bonorum cessionis immoderatum. *Cod. Theod. h. t. vid.* Alciat. 2. *Parerg.* 4. 47 Facta bonorum cessione, creditores bona debitoris autoritate sua jure dominii detinere non possunt. 48 Publice scilicet. 49 Id est, si modo res propria debitoris fuerit.

æs alienum exigatur: legatum autem a mortuo relictum, post [30] debiti detractionem inducatur.

Creditores defuncti impetrant separationem a bonis, si fidem heredis non sunt secuti. Paul. de Cast.

2. Imp. GORDIANUS Ar Aristoni.

EST jurisdictionis tenor promptissimus, idemnitatisque remedium Edicto prætoris creditoribus hereditariis [31] demonstratum, ut quoties separationem [32] bonorum postulant, causa cognita impetrent. Reportabis igitur convenientem desiderii tui fructum, si te non heredum fidem [33] secutum, sed ex [34] necessitate [35] ad judicium eos provocare demonstraveris.

3. Idem A. Claudianæ.

EX contractu, qui cessionem rerum antecessit [36], debitorem contra juris rationem convenies, cum eum æquitas auxilio exceptionis [37] muniat. At tunc demum iterato possis desiderare conventionem, cum [38] tantum postea quæsivit, quod Præsidem ad ejus rei licentiam debeat promovere.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Clarianæ.

INcivile est, quod postulas, ut unus ex chirographariis [39] creditoribus debitoris bona compellatur [40] suscipere, tatis [cæteris] ejus creditoribus facturus.

5. Iidem AA. & CC. Acyndino.

SI bona debitoris tui vacare [41] constet, & hæc a fisco non agnoscantur, in possessionem eorum mitti te a competente Judice recte postulabis. 17. Kal. Januar. * CONSS.

Creditores hypothecarii chirographariis præferuntur. Bald.

6. Iidem AA. & CC. Agathomaro.

PRo debito creditores addici [42] sibi bona sui debitoris non jure postulant [43]. Unde, si quidem debitoris tui cæteri creditores pignori res acceperunt, potiores eos, quam [44] te chirographarium creditorem haberi non ambigitur. Quod si specialiter, vel generaliter nemini probentur obligatæ, ac sine [45] successore communis debitor, vel ejus heres decessit: non dominii rerum vindicatione, sed possessione bonorum, itemque venditione, æquali portione, pro [46] rata debiti quantitate omnibus creditoribus consuli potest.

Ubi creditor succedit debitori pro parte: pro ea parte debitum confunditur, & non ultra, nisi esset relictum animo compensandi. Bald.

7. Iidem AA. & CC. Domno.

SI uxor tua pro [47] triente patruo suo heres [48] exstitit, nec ab eo [49] quicquam exigere prohibita est; debitum a coheredibus pro [50] bene petere non prohibetur: cum ultra [51] eam portionem, qua fuccessit, actio non confundatur [52]. Sin autem coheredes solvendo [53] non sint, separatione postulata, nullum ei damnum fieri patiatur. Dat. Kal. Decembr. AA. CONSS.

8. Iidem AA. & CC. Ælisiæ.

IN possessionem rei servandæ uxor defuncti, vel alii creditores missi, dominium [54] ex ea causa tenentes adipisci minime possunt.

Si citatus debitor comparet, ordinarie proceditur contra eum ad sententiam ferendam, & exequendam, si non comparet, proceditur ad missionem, & venditionem. Bald.

9. Iidem AA. & CC. Teruncio.

CUm proponas, eum, contra quem supplicas ex administratione negotiorum tibi obligatum, hunc secundum iuris rationem adito Rectore provinciæ potes convenire. Nam si [55] ad circumscriptionem [56] tui juris latitat, nec defenditur, & cum *tutum esse debitorem* constat: ad exemplum Edicti, bonorum [57] ejus possessionem poteris impetrare. Tempore autem transacto, etiam venditionem eorum a competenti Judice postulare non prohiberis. Dat. 14. Kal. Septembr. DIOCLET. * & MAXIM. * AA. CONSS.

In AUTHENT. de exhib. & introducend. reis. §. fi vero semel. col. 5. tit. 8. al. 6. Novell. 53. cap. 4.

ET *qui jurat* [58] se venturum ad Judicem, *si se subtraxerit, Judex ipse si administrator sit, vel ir, qui Judicem dedit, jubeat, eum exhibere.*

1 *l. 9. ff. tit. proxim.* 2 Vide *l. 31. ff. de usurpat.* 3 Dubitoria bona creditoribus in solutum dari possunt. 4 Facit *l. 12. in fin. §. de epist. & clerico. l. 17. §. de referend. vend. l. 16. ff. de muneribus. l. 9. §. de excusat. munerum.* 5 Evitandum scilicet. 6 *l. 2. Cod. Theod.* 7 Videtur cessio bonorum olim facta folentibus verbis. 8 Nuda voluntas, *d. l. 2. l. ult. ff. h. t.* vid. Fornerium 2. *select.* 27. 9 *Filiusfamilias potest. Heal.* Etiam filiisfamilias bona possunt cedere. 10 Vid. Cuj. 13. *obs.* 18. 11 Cessionis bonorum flebile auxilium est. 12 Cedere bonis mulier potest. vid. Matthæum Brunum *tract. cess.* 4. *quæst.* 1. Quid Ecclesia? potest quoque. *Nov. ut determinetur.* 11. §. *fi quis autem.* 13 *l. 4. 6. 7. ff. h. t. l. 3. §. tit. prox. & ult. Inst. de act.* 14 Si creditorum alii dilationem dare debiti volunt ea lege, ne cedat bonis & integrum solvat: alii præsentem bonorum cessionem admittunt: qui potiores? Numerus creditorum inspicitur. 15 Miserabile bonorum cessionis auxilium. 16 Vid. *l. 4. §. de greciis. imper. off.* vid. Papon. 10. *Arrest.* 9. *des restitt. & quinquennelles.* & 3. *notar.* 8. Cujac. 2. *observ.* 10. Rebuff. *in tract. de litteris dilatoriis.* spatium hoc quinquennii a principe impetrabatur, at non beneficium cessionis bonorum. 17 Vid. *l. 11. §. ex quibus causi. infam.* vid. Hot. 22. *illustr.* 18 *l. 1. in fin. §. h. t.* adde *Nov. 135. & ibid.* Cujac. Fornerium 2. *select.* 27. 19 Humanior sententia, duriore relecta, præferenda est & eligenda. 20 Facit *l. 10. ff. de pactis.* 21 Quod pluribus in bonorum cessione concedenda placet, admittendum. 22 *l. 3. in fin. ff. de his qui in testamento: dixisti l. 66. ff. de reg. jur.* 23 Seous quod ad jus debiti consequendi. *l. 1. ff. h. t. l. 6. §. tit. proc.* Goth. An & quatenus majori parte creditorum consentente in inductrum concessione, aut debiti remissione minor pars fequi debeat: vid. Censur. Forens. noltr. *lib. 3. c. 42. num. 2. & seq. S. L.* 24 Dilatione pendente præscriptio adversus creditores non currit.

25 *Dereliq. L. 42. D. S.* 26 In Galliis non mittuntur actores in possessionem bonorum, maxime in causis beneficialibus, uti Rebuffus notat *prooem. cons. pisc. §. n.* 10. 27 *l. 11. in fin. §. ut in possess.* 28 Legatarii defuncti priores sunt legatariis heredis, neque ita ordo est inter legatarios diversorum testamentorum, quia legatarii priores testamenti, respectu legatariorum secundi testamenti, quasi creditores censentur. 29 Legatum, quasi res alienum. 30 Legatum retractio sere alienos solvitur. 31 *l. 6. in fin. §. de hered. act.* 32 *L. 1. §. 8. ff. de separation.* 33 Creditores defuncti separationem a bonis heredis impetrant: nisi heredis fidem sunt secuti. Cur ita? quia qui fidem heredis sequitur, cum herede contrahit: ideoque creditor est heredis, non Necessitas qui litigat, adversarium non probat. 35 Facit *l. 4. §. 15. l. ult. ff. de separation.* vid. Cujac. 10. *obs.* 25. 36 *l. 7. §. tit. prox.* 37 Exceptio cessionis. §. *ult. verf. ecce enim. Inst. de replic.* 38 *d. l.* 7. 39 Quid in hypothecariis? idem. Bald. *hic.* 40 *l. 2. §. 2. ff. de curatore bonis dando.* 41 Mortuus si heredem non habet, creditores in possessionem mittuntur. vid. *l. 6. in fin. J. l. 4. §. h. t. l. 1. §. ne pro dote mulieris, bona quand.* Alia sunt causæ possessionis bonorum rei servandæ causa, puta si quis fraudationis causa latitet, ne in jus vocetur. vid. *l. 9. J. h. t.* aut vocatus non veniat, nec defendatur. *l. 2. ff. quib. ex caus. in possess.* si exilii causa fugum vertit, nec defendatur. *l. 13. d. tit.* si heres satisdare jussus non satisdet. *l. 15. ff. de rebus auctor.* adde Cujac. 10. *obs.* 31. 42 Statim fell. 43 *l. 1. J. de iure dominij impetrando. l. 4. §. tit. prox. l. 14. §. de pactis.* 44 Hypothecarii creditores præferuntur chirographariis. vid. quæ dixi ad *l. ult. in fin. §. tit. prox. l. 9. J. qui pot.* 45 *l. 5. §. h. t.* 46 Pro rata debiti, chirographarii creditores pretium ex bonis deiuteria redactum inter se partiuntur. 47 Heres particularis non repræsentat defunctum, nisi quatenus ei heres: ac non in majorem quantitatem confundatur actio. 48 Pro rata quia creditor succedit, confunditur actio. 49 *l. 6. §. de hered. inst.* 50 *l. 1. l. 6. §. de hered. act.* 51 Dixi ad *l. 5. l. 6. §. de hered. act.* 52 Confusionis habetur ratio hic: ne duo contracta fiat in eodem subjecto. 53 *l. 1. §. 1. ff. de separat. prof. l. 5. ff. ut in posit.* 54 Missio ut fiat, hoc intercedere prius oportet. Oportet enim debitor ipse primum latitare, id est, abesse tutripter & quidem in fraudem creditorum: deinde non defendi: tum constare eum debitorem esse; ipsius actoris summatim alienosse est, ut ad venditionem bonorum latitantis pervenatur, (quod spatium arbitrio Judicis definitur) ut ex pretio redacto satisfiat creditoribus. 56 Decretum primum, vel secundum ut interponatur, rem latitare necesse est. *ut hic.* nisi adversus reum judicatum agatur, & in ejus bona fiat eo nomine executio. *l. properandum. l. 3. §. fin. autem reus. §. 8. de judiciis.* nisi quis absens sit dolo malo reipublicæ causa. *l. 6. qui dolo opera. §. ff. ex quib. causis maiores.* nisi res ipse fisco debeat, & a fisco conveniatur. *l. 1. §. 8. de propter publicam penitat.* 57 *l. 19. ff. de in jus vocand. l. 7. §. 1. ff. quib. ex caus. in possess.* adde quæ dixi ad *l. 5. supr. h. t.* 58 Perjurus qui juravit judicio stiti, nec consparuit, adhuc citandus est, antequam milius fiat in ejus bona.